

Universitätsbibliothek Wuppertal

Tabvlæ Geographicae Cl. Ptolem[a]ei

Mercator, Gerhard

Coloniae Agrippinae, 1578

Europæ tabula. IIII.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-441](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-441)

EVROPAE TABVLA. IIII.

Continet Germaniam magnam.

In qua insigniores ciuitates haec caelestes obseruationes habent.

	Maxima diei hora.	Distantia horaria à meridiano Alexandria.
Amasia	16 $\frac{1}{2}$	2 ferè in occ.
Luppia	16 $\frac{1}{4}$	1 $\frac{1}{2}$ in occ.
Rhobodunum	15 $\frac{1}{4}$	1 $\frac{1}{3}$ in occ.
Scandia insula	18	1 in occ.

ANNOTATIONES.



VIDI fluij ostia & Mararmanis portus iusto ordine apud Cus sunt opinor, apud reliquos inuerso. Quia verò Mararmanem existimo nunc esse Oldè Mar dum, pro eius situ latitudinem posui cum Cus. 54 $\frac{1}{4}$. licet alij ponant 54 $\frac{1}{2}$, proinde & Vidri ostia in lat. 54 $\frac{1}{2}$. quæ omnes in 54 $\frac{1}{2}$ ponunt.

Fontes Vistulae apud omnes sunt in 44. 52 $\frac{1}{2}$. qui situs illis minimè conuenit, sed est Orientalis terminus Asciburgij montis post commemoratus à Ptol. Itaq; fontem Vistulae in 42 $\frac{1}{2}$. 50 $\frac{1}{2}$. suo proximè loco posui, uti & Carrodunum (si modò, ut volunt, id nunc est Cracouia) flumini adiacens postulat.

Treuam opinor non ad Albim, ubi iuxta exemplaria posui, sed in long. 35 ponendam esse, & esse quæ nunc Lubeca dicitur, fluius enim hanc alluens, hodie die Traue vocatur.

Virunum omnes constituunt in lat. 55. ego autem existimo in 54. ponendum, videntur enim omnino Viruni Meridionaliores Auarpis, cum eos ac Teutonaros ponat Ptol. inter Saxones & Sueuos, Teutonaros item & Auarpis inter Pharodinos & Sueuos.

Asciburgium omnibus in lat. est 52 $\frac{1}{2}$. at pro respectu Agrippinensis & Veterræ quadrat in 52 $\frac{1}{2}$.

Naualia in lon. 27 $\frac{1}{2}$ locant, sed nimis in occasum, si tertium Rheni ostium respicias, proinde in 28 $\frac{1}{4}$ posui.

Mediolanium in lon. 28 $\frac{1}{2}$ habent, ac situs eius postulat 28 $\frac{1}{2}$. est enim hodie Metelen insignis pagus eo proximè loci ad Vidrum positus.

Alesum opinor in lat. non 51 $\frac{1}{2}$. quæ collocant omnes, sed in 52 $\frac{1}{2}$ ponendum esse, ubi ferè Alifonum ad Lippiam fl. Corn. Tacitus constituit. Ceterum quia per climata, ordine ciuitates describit Ptol. ipsius haud dubiè errorem castigare, & in superius clima locum hunc transferre nolui.

In Budori opinor in exemplaribus $\frac{1}{2}$ in long. omissum esse, non enim Rheni adiacet.

Cantabris in lat. 48 $\frac{1}{2}$ ab omnibus locatur, sed verisimile est eam citra propinquos montes esse, & propinquiorem Danubio, cum inter illi vicinas numeretur, ideo pro $\frac{1}{2}$ posui $\frac{1}{2}$.


Vsbium ponunt in lat. 47. at $\frac{1}{2}$ procul dubiè omissa sunt propter Aredatam ibi sitam.

In Scandiarum maxima numeros corruptos esse in exemplaribus, arguit tot gentium inscriptio, quæ adeò angusto spacio, quem numeri comprehendunt, contineri non potest, & maior sine dubio à Ptol. designata fuit. Fuit autem Scandiae nomen huic insule à veteribus inditum, à propinquiore Germanis vnicaq; nota ditione, quæ nostro æuo etiamnum Scania vocatur, reliqua Septentrionem versus Marino Ptolemæoq; incognita prorsus fuerunt, & insulam crediderunt, quum Isthmo continenti adhereret.










Medius meridianus 36, reliqui ad hunc inclinantur iuxta rationes parallelorum 49 & 55. Qua ratione Scandiarum insularum maximam maiorem de lineaverim q̄ numeri exempla riorum exhibent, in tabula huius fronte amotatum habes.



Faint, illegible text or a legend box located in the lower-left quadrant of the map area. The text is too light to read but seems to be organized into several lines.